Digitized by Google

Digitized by Google


CONGREGATIONE
PARTICVLARI
A
SS.MO DOMINO NOSTRO
DEPVTATA.

Sabaudien. Priuilegiorum.

PRO

Dataria Apoſtolica.

FACTI.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, M.DC.XCVIII.
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sabaudien. Priuilegiorum.

Eme, & Reu.me Dne. Nicolaus Quintus Pontifex Maximus ad tollendam quamcumque suspicionis causam in Prouisionibus per ipsum faciendis, Ludouico Duci Sabaudiæ promisit, quod neminem ad Ecclesias, & Monasteria infrà districtum sui temporalis Dominij consistentia præficeret, nisi habitis prius intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad illas promouendis: Idemque seruari voluit quoad Prioratus Talueriarum, Ripaliæ, & Noualitij, ac Præposituram Montis Iouis in confinijs Dominiorum huiusmodi consistentes, quos etiam nemini conferri voluit, nisi similiter prius ab ipso Duce intentione habita de personis, quibus fuerint conferendi, vt latiùs ex Indulto sub Datum 4. Idus Ianuarij 1451. *Summario Num. 1.* Facti Series.

Post hæc Sixtus Quartus cum alio Priuilegio sub Datum 9. Kal. Martij Anno 1474.; Instantibus Iolante Ducissa, & Philiberto Duce Sabaudiæ, & præmissa ratione, quod in Ducatu, Districtu, locis, & alijs Dominijs Sabaudiæ, vltrà & citrà montanis mediatè, & immediatè subiectis, quamplures Personæ ad Ecclesiastica Beneficia obtinenda habiles existerent, statuit, quod nullus Alienigena vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum acceptare, seù obtinere posset Beneficia Ducatus, & Dominij huiusmodi; nulla tamèn in hoc Indulto, intentionis, aut consensus facta fuit expressio, proùt etiam fuit prætermissa in subsequentibus Innocentij Octaui, & Iulij Secundi Priuilegijs, similitèr loquentibus de Gratijs expectatiuis Exteris non concedendis *Summario Num. 2.*

Leo autem Decimus Anno 1515. sub Datum 16. Iunij, Nicolai V. Indultum de intentione, & consensu, litteras Sixti Quarti quoad Gratias expectatiuas, & Priuilegium Amadeo Comiti Sabaudiæ à Bonifacio Octauo concessum, vt non posset à quoquam excommunicari, approbauit, & de nouo concessit: Ac insuper omnibus, & singulis alijs Priuilegijs, tàm per Romanos Pontifices, quàm per Imperatores, & Reges Duci, & Nationi Sabaudiæ concessis, firmitatis robur adiecit, certosque pro sui Indulti obseruantia deputauit Executores *Summario Num. 3.* Eisdemque verborum formulis ad fauorem aliorum Sabaudiæ

A Ducum

Ducum vsi sunt Clemens VII. anno 1524., Iulius Tertius anno 1554., Gregorius XIII. anno 1572., & demùm anno 1595. 19. Iunij Clemens Octauus, qui tàm litteras à suis Prædecessoribus concessas, quàm omnia, & singula Indulta per Romanos Pontifices, & Imperatores Duci, & Nationi Sabaudiæ huiusmodi elargita confirmauit *Summario Num.4.*

Nouæ non sũt difficultates quæ super indultis Sabaudiæ excitantur.

Super intelligentia, & praxi huiusmodi Indultorum à Sixto Quinto vsque ad hæc tempora variæ excitatæ sunt difficultates (vnde nouæ reputari non debent, quæ modò ab Officialibus Datariæ pro eorum Ministerij debito proponuntur) Inter cæteras quæstiones, illa præcipuè emersit: An Priuilegia ad Sabaudiæ Regiones restricta essent, vel etiam Statum Pedemontanum comprahenderent? Et quamuis Clemens Octauus vltimus Priuilegiorum confirmator satis, superque super hac re mentem suam aperuisset, & facto ipso, liberè conferendo Abbatias contrà intentionem, & consensum Ducis Caroli Emanuelis *Summario Num.5. 6. & 7.*, & verbis, mediante declaratione per litteras Cardinalis Aldobrandini emissa *Summar. Num.8.*, eademque praxis liberè conferendi seruata fuisset sub Paulo V. *Summario Num.9.* sub Vrbano Octauo *Num.10. & 11.*, & in principio Pontificatus Alexandri Septimi *Summar. Num.12.* Attamen anno 1659. acrior instaurata est disputatio, & per quadriennium plenissimè quæstio discussa; sed deputata coràm clar: me: Cardinali Corrado, tunc temporis ProDatario Particulari Congregatione septem clarissimi nominis Prælatorum, nempè Fagnani, Christophori Ronconij, de Rubeis, Emerix, Botti, Vgolini, & Armindi Riccij SubDatarij sub die 25. Septembris 1659., Monasteria Status Pedemontani sub dd. Indultis non comprahendi vnanimi Voto decisum est *Summario Num.13.* In cuius resolutionis sequelam idem Alexander Septimus Abbatias vacantes liberè contulit acquiescentibus Serenissimi Ducis Ministris, *Summ. à Num.14. vsque ad Num. 23.* Atque pari constantia san: me: Innocentius XI. contrà Ducis intentionem liberè prouidit *Summario Num. 24. vsque ad Num.31.*

Abbatiæ Pedemontis sẽper liberè prouisæ.

Etiam sub Pontificatu S. D. N.

Tentatum est sub initio Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri fæliciter Regnantis eamdem refricare quæstionem in Prouisione Abbatiæ de Sylua tunc vacantis per obitum Cardinalis Antonij Bichij, apud Ecclesiam Auximanam, cui tunc præerat, defuncti; sed non obstantibus intentione, & consensu ad alterius fauorem à Serenissimo Duce significatis, liberè collata fuit

Abba-

Digitized by Google

Abbatia R. P. D. Thomato *Summar. Num. 34. litt. PP.* Cumque nuper aliæ Abbatiæ in eadem Regione Pedemontana vacassent, antiqua excitatur quæstio, & quod tanta maturitate resolutum, & obseruatum est, iterum reuocatur in dubium. Potuisset vtique Sanctitas Sua Prædecessorum Pontificum inhærendo vestigijs, ad vlteriora procedere, præsertim cum S. Sedi assistat centum, & vltrà annorum obseruantia, & res iudicata plenissimè exequuta; attamen benigniorem partem eligendo, nouam deputauit Particularem Congregationem, coràm qua reassumptis fundamentis iàm deductis, alijsque de nouo superadditis, idem respondendum esse speramus, nempè Collationem Abbatiarum, intrà districtum Pedemontanæ Regionis existentium ad Sanctam Sedem liberè spectare.

Priuilegium Nicolai Quinti strictissime interpretandum vti odiosum, & contra ius.

Etenìm cum Summi Pontifices habeant de Iure communi absolutam, & liberam potestatem conferendi totius Orbis Beneficia *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. primo proem. per tot.*, *& §. 6. num. 28.*, *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 8.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 22. per tot.*, præsertim vbi agitur de Monasterijs Consistorialibus, & in libris Cameræ taxatis, quæ prius Conuentum, & Monachos habebant *Seraph. decis. 1353. nu. 4. & 5. in fin.*, hinc est, quod Priuilegium Nicolai Quinti, tanquam lædens hanc Supremam conferendi libertatem sit odiosum, & strictissimè veniat interprætandum, vt de Indultis super nominatione ad Ecclesiastica Beneficia Regibus, & Principibus Laicis concessis, firmarunt *Rebuff. ad Concord. Regni Franciæ in tit. de Regia ad Prælat. nominatione §. primo verbo Cathedralibus, vers. in contrarium, & in praxi Benefic. in titul. forma, & declaratio nouæ Prouisionis §. Sed Venerabili fol. 104.*, vbi miratur de Summo Pontifice quomodo hisce Indultis teneri vult, & quomodo ea facilè concedat; nàm ea facilis concessio contemptùm generat &c. *Rota coràm Crescent. decis. 14. de probat.*, *coràm Verall. decis. 84. num. 7.*, *& 8. part. 2.*, *& in Cæsaraugustana Canonicatus. 1. Februarij 1640. coràm Panzirol. apud francesc. var. resol. cap. 16. num. 218.*, *& sequentibus*, & in in diuiduo Indultorum Serenissimi Ducis Sabaudiæ *Anastasius Germonius de Indultis Cardinalium §. Per quæ sublatis num. 110.*, *iunctis antecedentibus*, *& Puteus decis. 25.*, *alias 23. lib. 2. in correctis.*

Hinc agnoscens Clemens Octauus exorbitantiam huiusmodi Indultorum valdè præiudicialium Sedis Apostolicæ auctoritati, induci nunquam potuit ad concedendum Henrico Quarto Galliarum Regi ius nominandi ad Beneficia Consistorialia

Digitized by Google

Bressiæ, & aliarum Regionum à Duce Sabaudiæ sibi cessarum in Pace anni 1601.; De eo namque scribens *Cardinalis Ossattus in Epistola* 261. §. *Et de fait* hæc ait -- *Sua Santità mi rispose, che l'esperienza haueua mostrato, che li Pontefici Predecessori hauerebbero fatto meglio a non concedere alli Prencipi Secolari la facoltà di nominare alli Vescouati, & altre Prelature, già che l'auttorità della Santa Sede n'era grandemente diminuita, e li detti Prencipi se n'erano abusati, con esser peggiorati i loro Paesi, che per queste considerazioni egli vi voleua pensar bene auanti di concedere quello, che Vostra Maestà dimandaua* — & in fine subdit -- *E che auanti di risoluersi, vi voleua pensar bene, bene, bene*: Et quamuis diu cogitasset, petitum a Rege Indultum nunquam voluit elargiri.

Et proinde vti directum Duci Sabaudiæ non extenditur ad Principem Pedemontanum.

Supposita huiusmodi Indultorum odibilitate, quodque strictissimè veniant interpretanda, sequitur, quod dum illud Nicolai Quinti directum fuit Ludouico Duci Sabaudiæ, extendi non possit ad Ludouicum Principem Pedemontanum. Cùm enim Serenissimi Sabaudiæ Principes duplicem distinctã repræsentent Personam, Ducis nempè respectu Sabaudiæ, & Principis respectu Pedemontanæ Regionis, vt post *Iacobinum de S. Georgeo Tractat. de feudis verbo Princeps Pedemontanus*, *tradunt Reinking de regim. Sæcular. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *Knipschilt de fideicom. cap.* 1. *num.* 122. *Gaspar Mansius in Summa Iur. publ. part.* 2. *tit.* 6. §. *secundo num.* 6. *& tit.* 10. §. 11. *num.* 5.; hinc est, quod Priuilegium (vt diximus odiosum) concessum Ludouico sub qualitate Ducis Sabaudiæ extendi non possit ad Principem, & Statum Pedemontanum, quia priuilegiata qualitas mutatione personæ mutatur, & perditur priuilegium *Leo Ipporegien. in Thesaur. for. Eccles. part.* 4. *cap.* 2. *sub num.* 111., & in his terminis consuluerunt, *Menoch. cons.* 1156. *num.* 67., *& seqq.*, vbi quod Dux Parmæ non est idem, ac Dux Placentiæ *Gabriel cons.* 195. *num.* 8., *& seqq. lib.* 2., *Rota decis.* 316. *num.* 7., *& seqq. part.* 9. *decis.* 140., *&* 241. *part.* 14. *rec.*, *Reyas decis.* 279. 281, *&* 286. *Card. Cels. decis.* 7. *per tot.*

Comprobatur ex adiectione confiniũ.

Deducitur clarius idipsum ex confinium expressione in eodem Priuilegio facta, ibi -- *Prætereà Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitij, ac Præposituram Montis Iouis, qui in confinijs Dominiorum huiusmodi existunt nulli conferemus, nisi similiter ab ipso Duce intentione habita &c.* -- Huiusmodi autem Confinia Sabaudiæ propriè conueniunt; nam Ripalia est versus lacum Gebennen, Taloeiræ pariter vltra Montes, non longe ab Annesiaco, Noualesia est sita ad radices Montis Cinisij,

nisij, distans duabus tantùm leucis a Sabaudia *Baudran in Lexicon Geographico verbo Noualtia*; & paritèr Mons Iouis est in Sabaudiæ confinibus, siuè accipiatur pro minori S. Bernardo, vulgo *S. Bernardo Piccolo*, existente in Alpibus Graijs diuidentibus Tarantasiam a Ducatu Augustano, & in quo verè sunt omnes redditus huius Præpositurae *Ferrarius*, *& Baudran in Lexic. v. Greæ Alpes*, *Calepin. in v. Mont Iouis*: siuè accipiatur pro Monte S. Bernardi maioris in Alpibus Penninis posito, qui etiam in Sabaudiæ confinijs est situs, & est Mons intrà Sabaudiam, & Pedemontem *Baudran. in lexico. Geograph. par. 2. verb. Monte di S. Bernardo maggiore.*

Prafixio confinium operatur, quod non comprehendatur sub dispositione id, quod est extra fines designatos.

Prætereà dùm Summus Pontifex expressit hos Prioratus, & Præposituraꝗ consistere in confinibus Dominiorum præcedentèr expressorum, satis apertè mentem suam declarauit, quod sub priuilegio comprehendantur ea tantũ loca, quæ sunt, & continentur intrà fines expressos, & sic Sabaudia intrà eosdẽ limites consistens: quodque censeatur exclusa Regio Pedemontana pro ea parte, quæ extrà limites designatos reperitur: Hic enim est effectus appositionis confinium, vt dicatur venire sub dispositione id, quod intrà illos continetur, & excludatur omne id, quod extra illos fines situm reperitur *Gabriel cons. 64. num. 37. & 38. vol. 2. Rota coràm Merlin. decis. 245. num. 2. & 3. & in rec. decis. 419. num. 1. part. 3.* Ponderando præsertim dictionem huiusmodi, ibi-*quæ in confinibus huiusmodi Dominiorum consistunt*, quæ magis declarat quænam erant Dominia, prò quibus emanauerat concessio, & quidem non alia, nisi illa, quæ intrà limites, & cancellos dd. confinium includebantur: Cùm dictio *huiusmodi* sit repetitiua Dominiorum superiùs expressorum cum omnibus suis qualitatibus *Gloss. in cap. nemo 15. verb. huiusmodi, & in cap. si Abbatem 36. §. huiusmodi de elect. in 6.*

Accedit, quod si sub dicto Indulto comprehensæ fuissent omnes Regiones D. Duci subiectæ, vel nulli debuissent apponi confines cùm satis fuisset generalitas Indulti, vel confines erant apponendi in fine totius Regionis Pedemontanæ in ea parte, in qua terminat cum Dominijs Principum vicinorum. Dùm itaque id factum non fuit; sed confines adiecti leguntur in ea parte, quæ Sabaudiam respicit, signum euidens est, quod non omnia Dominia; sed ea tantùm, quæ intrà dd. fines clauduntur, fuerint sub præfata dispositione comprehensa, *vt per Text. in l. Cum seruo 63. in fin. ff. de contrah. empt. Neuizzan. cons. 38. num. 5. Rot. decis. 139. num. 17. & 18. & decis. 377. num. 18. part. 16. rec.*

Nec

Attendendi sunt fines quos Papa apposuit.

Nec prodest replicatio; quod Noualesia, & Mons Iouis sint propriè in Principatu Pedemontano; & proindè Indulta non sint restricta ad Sabaudiam: quia iam suprà *in §. deducitur* probatum est, ea loca esse sita inter vnam, & alteram Prouinciam. Et in omnem casum, cũ S. Pontifex, qui habet totum Orbem pro Diæcesi apposuerit ea loca pro confinibus Dominiorum, pro quibus Indultum concessit, hoc sufficit, vt exindè deducatur consequentia, quod vltrà confines expressos, prohibeatur extensio, neque in hoc casu considerandi sunt confines antiqui, per quos ab homine, vel à natura vna ab altera Regione contradistinguitur; sed solùm attendendi sunt confines, qui de nouo ab habente Iurisdictionem in Territorijs adijciuntur, vt per *Text in leg. eos 12. ff. finium regun. & l. 1. Cod. eodem* probant, ibi *Doctores*, & signantèr *Bald. in d. l. 1. num. 1.* ait, *quod si Papa concedit per Priuilegium alicui Castrum, & designat confines maiores, vel minores finibus antiquis, non ampliùs debent considerari fines antiqui; sed dumtaxàt ab eo designati*, ob rationem, quia in potestate ipsius est in propria Iurisdictione mutare fines Territoriorum, quam sequitur *Hieronymus de Monte de finibus cap. 21. num. 3. & 4.*

Respondetur ad argumentum prætensæ exceptionis duorum Prioratuum.

Minùs releuat altera Partis responsio, quod scilicèt Indultum Nicolai V. duas contineat partes in quarum prima concedatur D. Duci facultas præstandi consensum ad Cathedrales, & Monasteria; In secunda vero Summus Pontifex sibi reseruet collationes Prioratuum, & Dignitatum maiorum, atque ab *his excipiat* Prioratum Noualesiæ in Principatu Pedemontano, & Præposituram Montis Iouis in partibus Italiæ Diæc. Augustanæ, ex quo deducitur illatio, quod hæc exceptio de Prioratu Pedemontano, cùm debeat esse de regula, demonstret, quod Pontifex pro regula sibi reseruauit collationem Prioratuum totius Status, & Dominij D. Ducis, ac per consequens, sicuti hæc pars Bullæ compræhendit Prioratus totius Status, ità & prima pars continere debeat Abbatias totius paritèr Dominij.

Sed tota moles huius argumentationis corruit ex insubsistentia subiecti, super quo fundatur; Supponit enim Nicolaum Quintum disposuisse de his Prioratibus per viam exceptionis, quando de eis per modum extensionis, & ampliationis loquutus est; Tria sunt, quæ in d. Indulto disponuntur: Primum, quod sine intentione, & consensu Ducis nemo promoueatur ad Cathedrales, & Monasteria. Secundum quod Dignitates maiores, & Prioratus Conuentuales in Districtu præfato consistentes prouideantur Personis ex dicto Dominio oriundis. Et tertia.

Quod

Digitized by Google

Quod tres Prioratus, & Præpositura Montis Iouis conferantur similitèr, habita priùs d.Ducis intentione; Quælibet autem ex his dispositionibus est efformata per orationes omninò distinctas, & separatas,& quælibet continet dispositionem ab alijs diuersam, & signantèr hæc tertia pars est concepta cum dictione *Prætereà*, quæ tàm iuxtà sensum gramaticalem, quàm legalem extendit actum dispositionis ad alia in prioribus non compræhensa, vt apud *Barbos. de dictionibus dictione* 280. Voluit ergò Summus Pontifex formam præscriptam in prima parte suæ dispositionis extendere,& ampliare etiam ad hos Prioratus sitos in confinibus, connectendo primam, & tertiam partem Indulti proùt in hoc sensu accipitur à Cardinali Ossatto in Epistola 301.ibi—*Contengono i sudetti Indulti,che il Papa non prouederà gli Arciuescouati, Vescouati, & Abbazie, senza hauer hauuto prima l' intentione, è consenso del Duca, come anco nelli tre Priorati di Talloeira, Ripaglie,della Nouelese, è di Monte Gioue, & in quanto alle più grandi Dignità &c.*

Patefaciunt eandem restrictionem Indulta aliorum Pontificum, qui Nicolao successerunt: nam (prætermissis Sixti IV., Innocentij Octaui,& Iulij Secundi priuilegijs, quæ vti restricta ad Gratias expectatiuas,nulla facta consensus mentione, ad rem præsentem non pertinent) Leo X., Clemens VII, Iulius Tertius, Gregorius XIII., & Clemens Octauus semper eorum litteras *Duci Sabaudiæ* direxerunt, repetita semper eorundem confinium expressione,& confirmarunt Indulta per Pontifices, & Imperatores *Duci, & Nationi Sabaudiæ* concessa, nullavnquam facta mentione Principis,aut Nationis Pedemontanæ: Cum tamen Summi Pontifices in rebus concernentibus Statum Pedemontanum semper soliti fuerint dirigere eorum Concessiones DD. Ducibus sub expressa qualitate Principum Pedemontis; Ita practicauit idem *Clemens VIII. in sua Constitutione* 102. vbi vocat Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis in rebus concernentibus vtrumque Statum:pariter in concessione Iuris præsentandi ad Ecclesiam Fossanen. ab eodem Pontifice facta eidem Duci Carolo Emanueli,cum *Principem Pedemontanum* denominat,vt apud *Vghellium in Italia Sacra tom.4.fol.*1515.: Et demum in prouisione Abbatiarum, de quibus in nostro *Summ. n.* 46. Ducis Sabaudiæ Personam à Principe,Pedemontano, & Marchione Salutiarum distinguit; Cumque etiam ipsimet Duces in negocijs concernentibus dictum Statum, Pedemontium Principes se appellare consueuerint, vt in pluribus Constitutionibus apud *Solam in calce ad*

Indulta Leonis X. & aliorum loquētia *de Duce, & natione Sabaudiæ.*

Con-

Constitutiones Sabaudiæ, & *apud Ioan. Antonium ab Eccles. in calce obseru. Senatus Pedemontani*: Hinc etiam deducitur argumentum, quod concessio facta Duci Sabaudiæ ad Pedemontanum Principem non extendatur, vt super simili denominatione facta à Rege Hispaniarum, tenet *Rota coram Celso dicta dec.7.n.5., & in rec.dec.316.n.7.par.9. & dec.140. n.7.p.14. & apud Dianam p.8.dec.9.§. Ex his enim in fin.*

Verba *Duci*, & *Nationi Sabaudiæ* ad omnia supra expressa referenda.

DIctaque verba *Duci*, *et Nationi Sabaudiæ*, quibus vtuntur Leo X., & alij Pontifices, referri debent non solùm ad Priuilegia concessa per Reges, & Imperatores; sed etiam ad illa, quæ sunt in quæstione: Nam cùm in eadem periodo, & oratione promiscuè petatur, & concedatur confirmatio etiam Indulti Nicolai V., & signanter in petitione, ibi – *Quare pro parte dicti Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis litteris prædictis, ac omnibus, & singulis alijs Priuilegijs Duci, & Nationi Sabaudiæ concessis robur nostræ approbationis adijcere dignaremur*, hæc vtiq; qualitas Nationis Sabaudiæ adiecta post expressionem dictorũ omnium priuilegiorum referri debet ad omnia supra expressa, & sic etiã ad illud Nicolai V. ad *Text. in l. iam hoc Iure 4. ff. de vulgar. Ruin. cons. 3. n. 20. lib. 2., Gratian. discept. 752. n. 27. & 28.* attenta præcipuè dictione illa - *Alijs* - ibi - *alijs priuilegijs Duci, & Nationi Sabaudiæ concessis*, quæ de similibus intelligitur, vt ait in terminis horum priuilegiorum *Puteus d. dec. 23. seu 25. lib. 2.*

Declaratio Clemẽtis VIII. quod Indulta non cõprehendant statum Pedemontanum.

Roboratur huiusmodi intellectus ex duplici declaratione à Sede Apostolica emanata: De prima constat ex litteris Cardinalis Aldobrandini Nepotis Clementis Octaui, & eodem tempore Sabaudiæ Protectoris, scriptis post iam concessam cofirmationem Indultorum: Cùm enim Summus Pontifex de Mense Aprilis 1600. contulisset Abbatiam de Caramania contra Ducis consensum Francisco Cardinali Sancti Georgei, & possessioni Ducales Ministri oppositiones facerent sub die 12. Augusti, in hæc verba Nuncio responsum fuit, - *Ma sappia V.S., che se bene i priuilegij sono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però i Beneficij del Piemonte, e però resta esclusa la pretensione di S. A. nell'Abbadia di Caramagna in virtù di questi priuilegij*, *d. num.* 8., non obstante responsione, quod Cardinalis Aldobrandinus ex semetipso id scripserint, nullam habens facultatem decidendi, & interpretandi: Tùm quia in illa Epistola Cardinalis profitetur, omnia Summo Pontifici communicasse, ibi – *Hauendo Io dato parte à Nostro Signore del ragionamento tenuto da lei con li Ministri del Signor*

Digitized by Google

Signor Duca in proposito dell'Abbadia di Caramagna &c. Tùm quia Cardinalibus Nepotibus Pontificio lateri assistentibus cum plena, & generali superintendentia plena fides adhibetur, eorumque litteræ scriptæ dicuntur ex mandato Pontificis, & ex viuæ vocis oraculo super singulis specialiter facto, *Genua de script. priuat. lib. 3. tit. de litter. Apostol. n. 9. & seqq. Cæsar. de Grass. dec. 1. num. 9. de Præben., Rota in Romana, seu Bononien protectionum* 20. *Aprilis* 1671. *sub §. clariùs coram Albergato*; Tùm demùm quia declarationi, quæ ex his litteris resultat, assistit præcedens factum Summi Pontificis, qui si Abbatiam vacantem contulit Ducis consensu non expectato; Ergo facto ipso declarauit, sub Indulto Pedemontem non compræhendi, & nullus dari potest melior intellectus, quam ille, qui resultat ex facto ipsiusmet Pontificis concedentis, ad quem tantùm pertinet suas interpretari Constitutiones *Rota decis.* 114. *num.* 1. *part.* 6. *recent. decis.* 217. *num.* 4. *&* 5. *coram Royas*, & in his terminis *in Barchinonen. Canonicatus* 9. *Iunij* 1645 §. *Etenim, coràm Verospio penes Dianam part.* 8. *decis.* 9.

Atque huic declarationi consonat alia assertio anno præcedenti facta ab eodem Cardinali Aldobrandino, & relata per *Ossattum Epistola* 163. §. *le dit Seigneur*, *Summ: num.* 7. ibi – *mi disse* (idest Cardinalis Aldobrandinus) *che essendo ne giorni passati vacata vna Badia ne Stati del Duca di Sauoia, il Papa gli disse, che gle l'hauerebbe conferita, se non era questa protezzione* (idest Sabaudiæ, quam idem Cardinalis obtinebat) *la quale darebbe da parlare, e ch'egli hauea risposto, che la collazione di essa apparteneua à Sua Santità, e non al Duca, e che la riconoscerebbe vnicamente dalla Santità Sua, con lasciar più tosto questa protezzione; non mi disse, se il Papa gle l'haueua conferita, ò nò; mà io credo di sì &c.* – In qua Epistola consideranda venit, ne dum responsio Cardinalis Aldobrandini exclusiua prætensionis D. Ducis; sed etiam præmeditatio ipsius Pontificis cogitantis disponere de Abbatia absque intentione, & consensu Ducis paulò post factam Priuilegiorum confirmationem. — **Destinatio Abbatiæ facta Card. Aldobrandino**

Altera, & quidem magis solemnis emanauit declaratio sub Pontifice Alexandro VII. Vacantibus namque pluribus Abbatijs, omnem mouerunt lapidem Ducales Ministri, vt præuio consensu Ducis conferrentur: Pluries fuit in voce, & in scriptis informatum, producta fuere ea omnia documenta, quæ denuò nunc exhibentur; sed Particularis Congregatio, vt supra deputata *sub die* 25. *Septembris* 1659. declarauit, Monasteria illa non — **Resolutio Congregationis particularis anno 1659.**

B esse

esse comprehensa sub Indulto Nicolai Quinti, & aliorum Pontificum in ea parte, in qua disponunt, Monasteria conferenda esse habita priùs intentione, & consensu Ducis *dicto num.* 13. Cumque resolutioni non acquiesceret Orator in Vrbe, supplicauit Summo Pontifici, vt ipsemet in Camera audire dignaretur Herculem Ronconum Aduocatum, & diuersum à Christophoro Ronconio, qui vti Prælatus dictæ Particulari Congregationi interfuit, eoque audito, nec quidquam noui deducente; Summus Pontifex se confirmauit resolutioni liberè conferendi, prout successiuè liberè contulit *Summ. num.* 14. *& pluribus seqq.*

Sensus auctorum Pedemontis, primi ministri, ac Serenis. Ducis.

Declarationibus Summorum Pontificum adstipulantur etiam Pedemontani Auctores, & Ministri *Præses Ioannes Antonius ab Ecclesia in obseruat. Senat. Pedemont. part. prima obseruat.* 190. *num.* 8. ait: A Nicolao Quinto concessum fuisse Priuilegium, nè quis promoueri possit sine Ducis intentione, & consensu ad Ecclesias, & Abbatias *intrà Ditionis Sabaudiæ limites*: Præses Fauzonius in principio suæ consultat. impressæ *apud Pinsonium in Tractatu des regales* fol. mihi 942. vtitur ijsdem verbis - *Intrà Ditionis Sabaudiæ limites* - Marchio Planitiarum, dum vixit, Primus Minister, fuit vsque à principio controuersiæ tunc vertentis, in sensu - *Che da S. A. si debba desistere dalla pretensione, che hà circa l'istesse Abbadie* - *Summ. num.* 32. Quinimmò ipsemet Serenissimi Ducis moderni Genitor id clarè expressit: Cum enim sub Clemente Decimo mota esset quæstio circa Ius prestandi consensum ad Abbatiam de Sixt Gebennen, Diœcesis in Sabaudia sitam, Nuncio Apostolico hæc dixit - *Che delle cose di Piemonte, oue si riguardino i sentimenti di Cotesta Corte, lasciarebbe correre &c. ma che non vuole in modo alcuno, che se gli tocchi la Sauoia* - *Summ. num.* 33.

Centum, & vltra annorum obseruãtia pro Sancta Sede.

Sed tollit in hac controuersia omnem difficultatis vmbram subsequuta per centum, & vltra annos obseruantia, quæ est optima Apostolicarum Constitutionum interpres, licet verba in contrarium viderentur clara, & contrarius intellectus esset de Iure verior *Royas decis.* 279. *num.* 7. *& decis.* 298. *num.* 9. vbi agebatur de sola obseruantia 18. annorum *decis.* 316. *num.* 11. *par.* 9. *& num.* 15. vbi quod etiam ex vnico actu inducatur *decis.* 140. *n* 8. *par.* 12. *decis.* 266. *num primo, & pluribus seqq. & num.* 29. *vbi quod sola turbiditas sufficit par.* 15. *& decis.* 253. *num.* 8. *par.* 16. nec dissentit Mantic. *decis.* 59. *num.* 12.

Obseruantia verò in præsenti casu est clarissima. Etenim prouisiones omnes Abbatiarum quæ à Seculo, & vltra in Regione

Pede-

Digitized by Google

Pedemontana vacarunt, semper liberè à Sancta Sede prouisæ apparent absque præcedenti Ducum intentione, & consensu, & sine vlla relatione ad asserta Sabaudiæ priuilegia, vt ex Cathalogo Prouisionum à Clemente VIII. vsque ad hæc tempora factarum *Summ. num.* 34. Et licet aliquando conati fuerint Serenissimi Duces ad fauorem certæ personæ propriam intentionem, & consensum in vim priuilegiorum significare, attamen Summi Pontifices constanti semper animo huiusmodi prætensionem reiecerunt, & prouisiones ab ipsis liberè factæ etiam fauore exterorum, licet à principio controuersæ, tandem suum habuere effectum: Maxima reflexione dignum videtur factum Clementis Octaui, qui 19. Iunij anni 1595. indulta confirmauit, & Idibus Iulij eiusdem anni, & sic mense à die Confirmationis non dum elapso Abbatiam in Diæcesi Taurinen vacantem contulit Cardinali Pepulo Bononiensi *d. Summ. num.* 34. *litt. B.* & excluso filio Comitis Ripæ prò quo Dux suam intentionem significauerat, prouisio Apostolica suum habuit effectum *Summ. d. num.* 5. *&* 6. Rursus in principio anni 1599. aliam Abbatiam idem Pontifex Card. Aldobrandino destinauit, teste *Ossatto in Epistola* 163. *vers. il me dit encore d. Summ. num.* 7. & demum de mense Aprilis anni 1600. Abbatiam de Caramania contulit Francisco Cardinali S. Georgeo, tituli S. Clementis cum pensione sc. 500. pro Cardinali Beuilacqua, *d. num.* 34. *litt. C.* nullo prius requisito Ducis Consensu quinimò illius Ministris possessioni se opponentibus *num.* 8. & suum sortita est effectum Apostolica prouisio, mediante possessione, in qua vsque ad obitum continuauit: Nulla autem dari potest melior obseruantia, quam quæ resultat ex his prouisionibus adeò proximis confirmationi priuilegiorum, nam si ea Statum Pedemontanum amplecterentur, nec S. Pontifex statim, & mense non dum elapso dupliciter illa violasset, & non expectando Ducis Consensum, & prouidendo Cardinalē alienigenam; nec Dux Carolus Emanuel erat talis naturæ, vt Iura sua violare passus fuisset, de illo enim Cardinalis Ossattus Epistola 301., ait -- *Il Duca moderno, che è tale quale lo conoscete, e che è stato sempre trattato fauoreuolmente in questo Pontificato, non deue essersi scordato di nulla, e vi haurebbe più tosto aggionto che tralasciato.*

Clemens VIII. non expectato Ducis cõsensu contulit Abbatiam Card. Pepulo, mẽse non dum elapso à priuilegiorum confirmatione.

Alia exempla eiusdem Pontificis.

Vacante sub Paulo Quinto Abbatia de Caramania, prætensionem Dux excitauit, quod esset de Iure Patronatus, & sub hoc supposito Cardinalem Burghesium nominauit: ille tamen à principio nec acceptauit, nec reiecit nominationem, cum ex pro-

Eadem obseruantia sub Paulo V.

Digitized by Google

bationibus super Patronatu adducendis id pendere deberet *Summ. n. 9.* Detecta tamen insubsistentia prætensionis Iurispatronatus liberè Collata fuit Abbatia eidem Cardinali *d. num. 24. lit. G.* qui Nuncio scripsit nullum illatum fuisse Sedi Apostolicæ præiudicium ex prouisione Abbatiæ in eius personam facta *d. Summ. num. 9. circa finem.*

Sub Vrbano VIII.

Anno 1631. Vacante Abbatia S. Stephani de Prarolo in Diœcesi Vercellen., Serenissimus Dux pro D. Alexandro Estensi suum desiderium explicauit; sed Vrbanus VIII. illam contulit Cardinali Antonio eius nepoti cum pensione scut. 500. pro Cardinali Verospio *dicto num. 10. & 34. lit. P.*, atque in illius possessione vsque ad obitum prouisus Apostolicus continuauit: Rursus anno 1640. Ducissa Tutrix Abbatem Mondinum proposuit pro Abbatia de Caburro, seu Cauor Taurinen. Diœcesis, omnemque adhibuit conatum, vt idem Pontifex eius intentioni, & desiderio faueret, efficacissimas adducendo Status rationes in Epistola, quæ datur *Summario n. 11.* Summus tamen Pontifex de dicto Monasterio prouidit Cassianum Puteum *dicto num. 34. litt. S*, subsequuta ad eius fauorem possessione in exclusionem personæ à D. Ducissa propositæ.

Sub Alexandro VII.

In quatuor primis annis Pontificatus Alexandri VII. facultas liberè conferendi in Summo Pontifice controuersa non fuit; nam anno 1657. Abbatia de Vezzolano destinata fuit Abbati Compagno, & si à Serenissima Ducissa Abbas Aghemius propositus fuisset *Summ. n. 12.* sed anno 1659. ob sequutas plurium Abbatiarum vacationes, excitata fuit antiqua quæstio intentionis, & consensus. Congregatio particularis (vt diximus) tunc deputata resoluit pro libera collatione ad fauorem Sedis Apostolicæ, & Ministro in Vrbe residenti significatum fuit, quod in illius sequelã intendebat S. Pontifex liberè Abbatias conferre. At illo varias nectente moras, scriptum fuit Card. Roberto tunc Nuncio Apostolico, vt Principibus eo tẽpore regnantibus suadere curaret euidentissima esse Apostolicæ Sedis Iura à longa annorum serie comprobata. Nouas quæsiuere dilationes Ducales Ministri, sed nunquam retrahere potuerunt Summum Pontificem à constanti voluntate liberè conferendi pluries nuncio significata *Summario num. 14.* labente tamen anno 1661. Nuncius præfatus strictiùs vrgere cæpit Marchionem Planitiarum primum Ministrum, qui tandem animi sui sensus his verbis expressit - *E necessario, che per la parte di Roma si cominci ad operare, perche trouandosi quì impegnati non si risolueranno mai di darsi da loro stessi il torto.* Post hæc idem Marchio quæsiui

an

an pro ea vice Summus Pontifex *hauesse voluto far gratia à Sua Altezza di due delle tre Abbadie vacanti, che si suppongono dilibera collatione* -- sed Nuncius hac propositione reiecta, agnoscens nouas quæri dilationes, respondit - *Signor Marchese io scriuerò in Roma, che possono prouedere l'Abbadie di Caramagna, e di Selua, ne mi replicò, che con vn sorriso, e si licentiò* - Certiorauit hæc Nuncius, & addidit - *Tutte le apparenze, e congiunture presenti rendono verisimile, che le prouisioni, che si faranno da Sua Santità delle sopradette due Abbadie, siano finalmente per hauer il suo effetto Sum. n-16.* Sed de sensibus primi Ministri Nuncius non contentus, voluit alias adhibere diligentias, & ab Episcopo Vercellen. Consiliario status confidenter notitiam habuit - *Che finalmente S. A. sia per acquietarsi à quanto nostro Sig. si compiacerà risoluere in questo negozio - Sum. n. 17.* Peruentis ergò ad Vrbem his notitijs, Summus Pontifex liberè cõtulit Abbatiam de Caramania Cardinali Chisio, & illam S. Mariæ de Muleggio Card. Bichio, qui litteris de mense Ianuarij 1662. expeditis *Sum. d. n. 34. litt. EE. & FF.* subsequenti Februarij mense absque contradictione cęperunt possessionem, in qua vsque ad obitum continuarunt: Abbatiam uerò S. Ianuarii contulit Abbati Nomis *Summ. nu. 18.* & pariter ex mera Summi Pontificis gratia de Monasterio Sancti Mauri Petrinus Aghemius, & de illo Sancti Iusti Abbas Scalia prouisi fuerunt, vt ex Epistolis datis *Summ. num. 20. & 21.* & præsertim ex illa, quæ sub die 30. Iulij 1663. his verbis conscripta fuit.

A Monsig. Nunzio in Torino.

E molto ben noto à V. S., che quando si trattò da Nostro Signore di conferire l'Abbadie di Caramagna, di Selua, & altre, non volse farlo, che con la sola autorità, che le competeua, e secondo il dettame della propria coscienza; come si è pratticato per longhissimo tempo dagl'altri Sommi Pontefici, senza che vi sia concorso il consenso, ò compiacimento del Signor Duca; e se bene da S. A. e dalli di lui Ministri si procurò di sostenere la pretensione in contrario, ad ogni modo riconoscendo l'euidenza delle ragioni, che assisteuano a Sua Beatitudine, si acquietorono, con significare a V. S. rimanere l'Altezze Loro appagate, e che però si sarebbe potuto venire alla speditione, & al possesso di dette Abbazie, come seguì: il tutto, sarà bene &c., vt latiùs ex dicta Epistola per extensum relata *Sum. Num. 21.*

Cum eodem libertatis sensu continuatum fuit sub Sanctiss. Pontifice Inuocentio XI., quo regnante, nulla facta fuit prouisio; Sub Innocentio XI.

præ-

præuia intentione, aut consensu Serenissimi Ducis, nec vnquam habita relatio ad Indulta, aut Priuilegia Sabaudiæ, ità testante R.P.D. Liberato in toto illo Pontificatu Subdatario primùm, & deindè Datario *Sum. Num. 24.*, remanetque hæc veritas comprobata ex facto ipso; vacante enim anno 1679. Abbatia S. Ianuarij, Serenissima Ducissa pro D. Abbate Pallauicino suam intentionem significauit *Sum. Num. 25.* Minister in Vrbe residens pluriès institit, vt personæ designatæ conferretur; & Summus Pontifex semper vnius tenoris responsa dedit - *Che non poteua in ciò sodisfarla* - & velle Abbatiam liberè conferre semper declarauit, non obstantibus assertis Priuilegijs, vtpotè quia aliàs decisum fuerat ad Regionem Pedemontanam non extendi *Sum. Num. 26.* Anno itaquè 1681., excluso dicto Abbate Pallauicino, illam contulit Eminentissimo Sacchetto, & cùm intellexisset, in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis, Custodes apponi tam in dicta Abbatia, quàm in Prioratu Castelletti collato bon. mem. Eminentiss. Ginnetto, iussit formari processus, & paratus erat, adhibendo remedia à Sacris Canonibus præscripta seuerè punire eos, qui talia attentauerant *Summ. Num. 27.* Opus tamèn non fuit ad hos actus deuenire; quia metu censurarum fuerunt sublati Custodes, & propter rationes à Nuncio Apostolico expressas Æconomi appositi non fuerunt *Sum. Num. 29.* inter cæteras, tunc scriptas, Epistolas, speciali ponderatione digna est illa, quæ exhibetur *Sum. Num. 28.*, & sequenti verborum tenore fuit concepta.

A Monsig. Nunzio di Torino 27. Maggio 1682.

Si è già tante volte prouato in voce, & in scritto, e con gl'esempi, e con le dottrine, non hauere il Sig. Duca di Sauoia dritto alcuno sopra le Abbadie del suo dominio, particolarmente nel Piemonte, al quale non si possono applicare per conto alcuno i pretesi Indulti, e doue sono situate le Abbadie, delle quali hora si tratta, che io non sò più dir altro, se non che V. S. Illustrissima può riuedere sopra di ciò le informazioni di quà trasmesse a lei, & à suoi antecessori; douerebbero vna volta cotesti Ministri mettersi in ragione, e lasciar di operare per via di fatto, e con violenza.

Rursùs vacante anno 1685. Abbatia S. Pontij Nicien., eadem D. Ducissa pro Abbate Spinellio suum desiderium explicauit *Sum. Num. 30.*, fuitq; per Secretariam Status responsum - *Nostro Signore si troua in qualche impegno, e però non hà luogo di compiacere Madama nel conferirla al soggetto da lei raccommandato*, *Sum. Num. 31.*

Id-

Idque demùm practicatum fuit in præsenti Pontificatu, adeòut negari minimè possit, quin ad fauorem S.Sedis militet vltimus status pro libera Abbatiarum collatione: Vacauit anno 1691. Sede Apostolica tunc vacante Abbatia S. Mariæ de Sylua per obitum Cardinalis Bichij in Ciuitate Auximana defuncti, Serenissimus Dux pro D. Abbate de Gubernatis suam intentionem declarauit, euectoque postmodùm Sanctissimo Domino Nostro ad summi Apostolatus apicem, D.Comes eius Genitor in ipsa prima Audientia Sanctitati Suæ præsentauit litteras intentionem, & consensum præseferentes, sed agnito, nullum ius competere ex Indultis pro consensu ad Abbatias Pedemontis, Sanctitas Sua, non obstantibus ijs, quæ in Voce, & in scriptis fuerunt tunc deducta, Abbatiam contulit R. P. D. Thomato, penitùs excluso dicto D.de Gubernatis *dicto Num.34. litt.PP.* prætereà vacante Abbatia S. Saluatoris in Diœcesi Taurinen. Serenissimus Dux sub die 29.Nouembris 1691. D.Abbatem de Tournon commendauit, sed Sanctissimus Dominus Noster liberè prouidit filium Illustrissimi D.Residentis, nec tunc de Indultis facta est vlla mentio *dicto Num. 34. litt. QQ.*, & demùm Abbatiam de Caramania absque præuio Suæ Celsitudinis consensu, contulit R.P.D. de Masserano *Summ. dicto Num.34. litt.RR.*

Et sub Pontificatu SS. D. Nostri.

His positis pro tuenda libertate conferendi Abbatias Pedemontis, non obstant argumenta, quæ ad eam euertendam deducuntur: Sed antequam ad particularia deueniamus, tria prænotanda duxi, quæ huic controuersiæ magnam lucem afferre possunt. Primùm: quod quæstio nostra hæc est: *An Indulta requirentia intentionem, & consensum Serenissimi Ducis, sint restricta ad Sabaudiam, vel etiam ad Pedemontem extendantur*. Vndè licet facilis esset responsio, ijs omnibus, quæ in primis sexaginta paginis contrariæ dissertationis deducuntur, attamen cùm sint extra punctum, & omninò extranea, inutile duximus ea singillatim confutare.

Responsio contrarij obiectis.

Status præsentis quæstionis.

Secundò, quod nulla cadit quæstio super Abbatijs Iurispatronatus Serenissimæ Domus, vt sunt illæ Casanouæ Altacombæ, Staffardæ, & similes, Adeòque quidquid ad has Abbatias pertinet, paritèr ad præsentis quæstionis decisionem trahi non potest.

Nulla controuersia super Abbatijs Iurispatronatus.

Et tertiò quod à litteris Placitorijs quas vulgò *exequatur* appellamus non benè infertur ad ius intentionis, & consensus: Aliud quippè est non posse Summum Pontificem conferre, nisi habita prius intentione, & consensu D. Ducis; Aliud velle, vt

A litteris Placitorijs non bene infertur ad ius intentionis, & consensus.

Pro-

Prouisi à Pontifice capiant possessionem de licentia Laici Principis. Primùm respicit directè summum Pontificem, antequàm prouideat: secundùm verò liberè Prouisos post expeditionem litterarum ad effectum capiendæ possessionis: *Thesaur. exaduersò alleg. decis.* 131. *num.* 11., vbi distinguit inter Collationem, & Possessionem *Germon. de Sac. Immunit. lib.*3 *cap.*12.*num.*42. vbi paritèr distinguit intèr consensum antè, & post electionem, & illum, qui datur electione iam perfectà appellat litteras Placitorias, seù Placet; Vndè cum istud *Placet* nihil habeat commune cum intentione, & consensu, qui antecedere debet Prouisiones Apostolicas, hinc est quod remaneant similitèr extranea à præsenti casu ea, quæ dicuntur de litteris Placitorijs à Magistratu Cameræ Computorum expeditis pro consequenda possessione post obtentas prouisiones. Eoque magis quia factum priuatum Procuratorum, qui tales litteras petierunt Sedi Apostolicæ præiudicare non potuit, non docto de scientia, & patientia Summi Pontificis, aùt illius Ministrorum: *Spad. cons.* 134. *num.*6. *lib.* 1. *Francesc. Var. resol. quæst.* 16. *nu.*72. *& seqq.* Quæ non solùm in præsenti non concurrit, verùm contrarium probatur; quia quãdo ad Pontificis notitiam peruenit cogi Prouisos ad impetrandas litteras Placitorias, censuras comminatus est, & abrogari curauit nouitates in præiudicium Ecclesiasticæ Immunitatis excitatas *d. Summ. Num.* 22. & 23. & iure quidem merito, nàm tales litteræ Placitoriæ, sunt contra Ecclesiæ libertatem, & excommunicationem incurrunt, qui audent impedire beneficij possessionem absque dd. litteris Placitorijs ex relatis *per Lotter. de re benef. lib.*2. *quæst.* 41. *num.* 11. *& seqq. Mar. Anton. var. resol. lib.*1. *resol.*91. *sub num.*2. *vers. ex quibus Viuian. de iurepatr. lib.*11. *&* 12. *num.*8. *& seqq. cum alijs per Thomam del Bene de Immunit. cap.* 8. *dub.* 11. *per tot.*

Verba *infra districtum sui temporalis Dominij* restrictionẽ recipiunt à præcedẽtibus, & subsequentibus.

His prænotatis non obstat quod Ludouico Duci Sabaudiæ tributum fuerit ius intentionis, & consensus ad Ecclesias, & Monasteria consistentia infra Districtum sui temporalis Dominij addita ratione, ne sui status succedat dispendiũ, adeòq; cum verba Dominij, Status, & Ditionis comprænhendant omnes Regiones in quibus ipse Princeps dominatur, necessariò comprænhendere debeant Pedemontem; Etenim verba illa generalia *sui temporalis Dominij* modificationem recipiunt ex præcedentibus, & subsequentibus. In præcedentibus enim de Duce tantùm Sabaudiæ fit mentio, & ideò de Dominio, & Statu Sabaudiæ intelligi debẽt: In subsequentibus verò limitatur huiusmodi Dominium vsque ad Noualesiam, & Montem Iouis, cum ergò quidquid

quid est extra confines, dicatur exclusum, hinc Dominij, Status, & Ditionis appellatione venire non possunt, nisi illæ Regiones, quæ sunt intra limites, & confines à Pontifice designatos, vt superiùs demonstratum est, *in §. præterea, & seqq.*

Et licet in Priuilegio Sixti IV. ab alijs successiuè Pontificibus confirmato pleniùs dictum fuerit in Ducatu, districtu, Ditione, Comitatibus, Terris, locis, & alijs Dominijs Sabaudiæ vltra, & citra Montanis Dominio ipsius Ducis mediatè, & immediatè subiectis. Attamen Indultum Sixti IV. non loquitur de intentione, & consensu Ducis, sed cum sit litteraliter restrictum ad gratias expectatiuas non concedendas ijs, qui non sint ex Ducatu, & Dominio huiusmodi oriundi, trahi non potest extrà suos limites verbales ex theorica *Baldi in cap. Rodulphus 35. num. 12. de rescript.* Quinimò si prò excludendis exteris a gratijs expectatiuis quoad beneficia sita in Dominijs citramontanis Sabaudiæ, opus fuit obtinere nouum Indultum amplioribus verborum formulis conceptum, hinc deduci potest, quod illud Nicolai loquens etiam de gratijs expetatiuis vt supra non concedendis, non erat sufficiens nec aptum comprehendere omnia Dominia etiam citra Montes; alias superfluum fuisset nouum Indultum expedire amplioribus clausulis conceptum.

Indultum Sixti IV. tanquã restrictum ad gratias expectatiuas non potest trahi ad decisionem præsentis quæstionis.

Secundò opponitur, quod sint Duces in quasi possessione nominandi ad Episcopatus Pedemontis, & tamen in Indulto Nicolai eadem forma prouidendi tàm in Episcopatibus, quàm in Abbatijs præscribitur, sed huiusmodi Ius in Episcopatibus tribui non debet Priuilegio Nicolai, sed munificentiæ Summorum Pontificum, qui talem honorantiam quando eis placuit, admiserunt absque eo quod Ducibus prò tempore fuerit aliquod Ius exindè acquisitum ex relatis per *Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 18. num. 90.* Ipsemet Clemens VIII. agens de Episcopatu Salutiarum declarauit Card. de Ossat, *che ne il Duca di Sauoia, ne il Rè habbiano hauuto mai, ò habbiano Ius di nominare al detto Vescouado*, quodque Regis, & Ducis nominatione exclusa liberè conferre intendebat P. Iuuenali Oratorij S. Philippi: vt refert *idem Ossat Epistola 273. Summa Num. 35.* proùt de facto postea eidem contulit *dicto Num. 35.* Paulus V. noluit ad Ducis instantiam prouidere de eodem Episcopatu Theodosium Gattinara ex ratione quam refert Cardinalis Burghesius in Epistola scripta Nuncio Apostolico, ibi — *Nasce la repugnanza di Sua Santità nel pregiudicio, che le parerebbe di fare à questa Santa Sede, che ha la libera Collatione del predetto Vescouado, quando lo conferisse a nominatione del Sig. Duca.*

Ad Episcopatus Pedemontis nullum ius habent Serenifs. Duces.

C Sum-

Summario Num.36. Et ideò tàm in dicta Epistola, quàm in altera scripta Duci *Num.37.* insinuatur sensus Pontificis, quod tres, aut quatuor personæ commendentur. Id etiam occasione aliorum Episcopatuum sub Vrbano VIIJ. fuit insinuatum *Summario Num.38.* sub quo etiam Pontificatu plures personæ ad Episcopatum Alben. fuerunt propositæ, ad hoc vt Summus Pontifex eligeret personam sibi benè visam *Summ. Num.39.*

Casus notabilis sub Innocentio XI. occassione Episcopatus Vercellen.

Sed præ ceteris omnibus considerabilis est casus, qui sub Innocentio XJ. euenit. Vacante anno 1679. Episcopatu Vercellen. Serenissima Ducissa scripsit pro R.P.D. Ripa, sed cum ex tenore Epistolæ appareret, velle Ministros Ducales *guadagnar Terreno*, vtendo formulis *troppo aliene dall'vso, e dritto non controuerso della libera Prouisione Apostolica*, mandauit S.P. quod restituerentur litteræ Abbati Cagnolo, qui eas præsentauerat, proùt à bo: me: Cardinali de Luca Auditore restitutæ fuerunt: atque in litteris scriptis Nuncio super hoc facto hæc notabilia verba leguntur -- *E grazia grande, quando Nostro Signore deferisca alle preghiere del Duca di Sauoia, ma se vorranno dar ombra di pretenderlo sarà Sua Santità constretta à proueder d'altro soggetto, quantunque il raccomandato fosse qualificatissimo Summ. Num.40. & 41.*, excusauere factum Ministri Ducales vti emanatum per errorem, & eidem Abbati Cagnolo iniunxere, vt S. Pontifici supplicaret -- *In forma tale, che Sua Santità restasse persuasa, che l'A.S. era per riconoscerlo à titolo di mera grazia -- Summ. d. Num.41.* admisit Summus Pontifex excusationem, & iussit, vt in Congregatione promouendorum inter alios concurrentes meritum R. P. D. Ripæ in particulari consideratione haberetur, *Summ. d. Num.41.* cui tandem Episcopatum destinauit agente S. Pontifici gratias Serenissima Ducissa -- *protestandosele per gratia così speciale infinitamente obligata Summ. Num.42.*

Quodque Serenissimi Sabaudiæ Duces nullum aliud Ius habeant super Episcopatibus Pedemontis, quam id quod eis tribuit Pontificum Indulgentia, ex eo comprobatur, quod isti Pensiones ad libitum imponunt super dd. Episcopatibus, & liberè personis sibi benè visis distribuunt. Prætermissis antiquioribus exemplis, san. me: Alexander VIIJ. Pensionem quam super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Taurinen. imposuit diuersis Romanæ Curiæ Prælatis distribuit, & ex ea 200. scuta monetæ D. Honorato de Gubernatis filio Illlustrissimi Residentis elargitus est. Sanctissimus etiam D. N. Episcopatum Vercellen. Pensione grauauit, & omnes antecessores Pontifices practicarunt *Sum. Num.40. in fine.*

Acce-

Digitized by Google

Accedit, quod praxis obseruata respectu Episcopatuum iustificat obseruantiam contrariam quoad Abbatias, quarum respectu cum Sedes Apostolica reperiatur in Possessione libere conferendi, cessat profectò titulus deductus ex vniuersalitate Causæ indultorum *Posth. de manut. obser.73. num. 172. cum seqq.*, *Card. de Luca de Iurisdic. disc.1. num.26.* præsertìm dùm Ius Commune, & Canonicum fundat intentionem dictæ Sedis. *Idem Posth. dicta obser.73. num.177.*

Atque hanc veritatem agnoscens magnus Cancellarius Boschettus in Instructione quam dedit Comiti Prouanæ iam in Vrbe Residenti, ait non esse sumendum de Episcopatibus ad Abbatias Argumentum his verbis— *Anco si deue auuertire di non cauar argomento per le Abbazzie da quello che si prattica ne' Vescouati, perche questo potrebbe nuocere alli Vescouati in luogo di giouare all' Abbazie, tratt andasi con persone accortissime molto gelose de loro auantaggi, e che hauendo il coltello per il manico se ne valeranno in quel modo che le tornerà maggiormente a commodo.*

Tertio opponitur: quod exequutio dd. Priuilegiorum commissa fuerit, nedùm Sabaudiæ Episcopis, sed etiam Taurinen., Nicien., & Asten. valdè ab illa Regione distantibus. Sed neque in litteris Nicolai V., de quarum intelligentia modo agitur, neque in illis Clementis VIIJ. dati fuerunt exequutores, ij autem leguntur in Priuilegijs Leonis Decimi, & aliorum, qui non solum confirmarunt Indultum Nicolai ad Sabaudiam restrictum, sed etiam litteras Sixti IV., quoad gratias expectatiuas loquentes de vltrà, & citra Montanis. Item litteras à Bonifacio Octauo concessas, ne persona Ducis posset excommunicari, & alia plura indulserunt, quorum intuitu opus erat latiori exequutione. Prætereà Executores litterarum Apostolicarum in Romana Curia dantur ad partium petitionem, & committuntur Prælatis, quibus Partes ipsæ confidunt *Amayden. de styl. Datar. lib.1. cap.5. num.36. & 37.*, *Garz. de Benef. par.6. cap.2. num.2. de Luc. eodem tract. disc.37. num.12.*, *Ros. de exequut. litt. Apost. lib.1. cap.2. num.70. & seqq. & cap.3. num.9.* sic Gregorius XIIJ. constituendo principalem Sedem prò militijs SS. Mauritij, & Lazari in ipsa Regione Sabaudiæ committit executionem *Taurinen.*, *Nicien.*, *& Montis Regalis Episcopis*, vt in eius *Constitutione 7. §.10.* Et in casu nostro modò his, modò illis commissa fuit exequutio Priuilegiorum, & quandoque etiam exequutores omissi.

Respondetur ad obiectū deductum ex commissa executione Indultorum Episcopis etiam Pedemontis.

Responsio auctoritatibus in contrarium adductis.

Quarto prò obseruantia Priuilegiorum nonnullæ adducuntur auctoritates, quæ nostræ intentioni nullo modo aduersantur. Et quidem *Puteus decis.23. sed lu 25. lib.2.* loquitur de Diœcesi Gebennen. in Sabaudia consistente, de qua nulla in præsenti quæstio: Imò retorquetur cum expresè firmet ista Priuilegia strictam recipere interpratationem.

Crescentius decis.14. de probat. solummodò firmat Conclusionem, quod quilibet præsumatur gratus, nisi ingratus probetur, & nec descendit ad terminos intentionis, & consensus à Duce ante prouisiones præstandi, nec exprimit de quo Prioratu loquatur.

Germon. de Sacr. Immunit. lib.3. cap.11. num.24. Nicolai V., & Sixti Quarti indulta confundit, ait enim Principes illos obtinuisse Priuilegia, vt nemo, qui Subditus non sit ad Cathedrales, & Abbatias in eorum Dominijs vltrà, & citrà Montanis possit promoueri, quod cum nostra quæstione nihil habet commune.

Coralius apud Deuiat in specim. Iuris Gallici tom.2. fol.215. & seqq. agens de iure nominandi, quod habent Principes præsertim Italiæ ad Ecclesias, & Monasteria, in plures incidit Palmares errores. Tribuit enim, contra praxim quæ inconcussè seruatur, ius nominationis, & consensus Reipublicæ Venetæ, & Ianuensi, Duci Mantuæ, & Magno Duci Etruriæ. Nil ergo mirum si auctor ille Tolosates de his materijs non benè edoctus, absque fundamento asserat, quod in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontano competat ius nominandi, & præsentandi. Quod Orator in Vrbe his nominationibus, & præsentationibus subscribat, quodque Papa non soleat prouidere ijs Monasterijs absque expresso Ducum consensu, cum è contra certum sit nec competere Serenissimis Sabaudiæ Ducibus nominationem, & præsentationem, nec vnquam in praxim deductam fuisse Oratorum subscriptionem ante expeditionem Monasteriorum, fatentibus ipsismet Ducalibus Ministris nunquam in scriptis præstitum fuisse consensum, sed eum potuisse verbaliter præstari per organum Oratoris in Vrbe, & demùm satis constat de solito Pontificum prouidendi absque Ducis consensu, imò exclusis personis, ad quarum fauorem intentionem, & consensum Duces explicauerant.

Gottifredus a Bauo in prax. quæst.16. num.110., non loquitur de his Priuilegijs, sed ad ostendendum Serenissimos Sabaudiæ Duces habere Iura imperij, generaliter firmat in electionibus Prælatorum requiri Ducis consensum in scriptis. Quæ assertio,

tio, aut non est vera, cum a Iuribus Imperij ad electionem Prælatorum inferri non possit, aut in omnem casum intelligenda est, quod consensus Principis requiratur ex honestate post electionem iam factam, ne inposterum opponere possit, quod habeat suspectum Prælatum electum, non verò quod requiratur ante electionem, itavt ista dependeat in totum ab arbitrio, & voluntate Principis, vt *notant DD. in cap. cum terra* 14., *& ibi Gonzalez. de Elect. Penia decis.*436. *num.*19., *& bene Selua de benef. part.* 3 *quæst.*23. *num.*27., *&* 34. Quatenùs verò idem auctor subdit *dicti Ducatus Abbates, & Priores* fuisse in ingenti numero a primo vsque ad vltimum a Duce electos, & nominatos hæc est propositio contraria facto; Prioratus enim, semper fuerunt a Sede Apostolica liberè prouisi, præterquam quoad illos, qui sunt in Indulto specificè compræhensi,& quoad ingentem numerum Abbatiarum Pedemontis, vnum tantùm petimus, & expectamus exemplum, quod præuia Ducis intentio, & consensus fuerit ad formam Priuilegiorum admissa.

Nullum pariter potest fieri fundamentum in *Guicenonio*, qui *in historia Genealog. Sabaudiæ tom.*1. *cap.*11. *fol.*95. enunciat inter cætera Priuilegia dd. Principibus concessa extare illud, quod non possint conferri Sabaudiæ, & Pedemontis Abbatiæ sine eorum præuio consensu. Tùm quia liber ille publicatus fuit anno 1660. pendente hac eadem controuersia inter vtriusque Aulæ ministros super Abbatijs tunc vacantibus,& quarum respectu præcedenti anno 1659. contrarium in Romana Curia fuerat resolutum, ideoque nullam fidem meretur ex relatis *per Arguelles decis.*17. *num.*15., *&* 16. Tum quia creditur historicis in factis antiquis, & quando historia per eos relata fuit communiter approbata, & ab antiquo per communem consensum Populorum fides imposita *Arguelles dicta decis.*17. *num.*20., *&* 21. præfatus vero historicus non refert antiquum factum communi Populorum consensu approbatum, sed interpraetatur Constitutionem Pontificiam, & supponit pro absoluto id cuius contrarium iam fuerat resolutum. Tùm demùm quia *in cap* 36. *fol. mihi* 753. *vers. le grand. Zele*, de ijsdem indultis loquens supponit ea procedere in Dominijs Sabaudiæ ibi -- *Abbaye, ou autre Prelature des estats de Sauoye* nulla facta mentione Principis, aut Principatus Pedemontani.

Quinto supponitur Henricum II. obtinuisse à Iulio III. confirmationem iuris nominandi, quod obtinebant Principes Pedemon- **De prætenso Indulto Iulij III.**

tani,

tani, & Sabaudiæ Duces, sed neque de hoc Indulto docetur, neque affertur per Gallos Doctores, qui omni cum diligentia perquisiuerunt, & imprimi curarunt Regia Indulta, quinimò *Cardinalis Osiattus* de illo loquens *in Epistola* 301., ait - *Della conferma di detti Indulti, che il Rè Henrico II. haueua ottenuto per se non apparisce altro, se non che quello, che S. Maestà nè haueua scritto di passaggio, & in altro proposito per lettere de' 29. Settembre* 1554. Redditur etiam inuerisimile, tùm ex quo idem Iulius III. postmodùm anno 1554. ad fauorem Ducis Sabaudiæ hæc priuilegia confirmauit, quod vtique non fecisset, si alteri Principi anno præcedenti 1553. ea elargitus fuisset, tum ex quo idem Rex Henricus per suas litteras patentes declarauit nominationes per ipsum factas esse attentatas, & promisit, quòd *Summus Pontifex, & S. Sedes gaudeat, & vtatur in dominijs Sabaudiæ, & Principatu Pedemontis, illismet iuribus, & præeminentijs, quibus prædecessores Romani Pontifices retroactis temporibus ante attentata, huiusmodi vsi sunt*; & deindè has præeminentias exprimens, hæc ait - *Quod in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontium abstinere debemus, prout abstinebimus à nominatione ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria quæcumque, & alia Ecclesiastica Beneficia ibidem consisten., sed liberè ad Sedis Apostolicæ dispositionem remanere debeant, quodque nominationes per nos, seu clar. mem. Franciscum Regem Genitorem nostrum reuocentur, prout reuocamus, & annullamus &c.* Litteræ huiusmodi originales seruantur in Archiuio Sabaudiæ, ex quo exemplar anno 1671. Nuncius Romam transmisit, communicatum exindè per Secretariam Status Datariæ *Sum. Num.* 43., & ex illis validum deducitur argumentum, quod si Sabaudi, & Pedemontani Principes habuissent ius nominandi, Rex præfatus non damnasset, tanquàm abusus, & attentatas nominationes per ipsum, & Patrem factas, nec eas reuocasset, & permisisset, quod Pontifices liberè conferrent. In omnem casum sufficit responsio, quod priuilegium vni personæ concessum, ad aliam extendi non debet, maximè in materia odiosa. *Cap. sanè* 9. *de priuilegijs, & cap. vltimo de præbendis*, & ibi communiter scribentes. *Tamburin. de iur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 16. *quæst.* 4. *num.* 1. & 2.

Excluditur prætensa quasi possessio præstandi consensum.

Sexto prætenditur, Duces esse in quasi possessione significandi intentionem, & consensum, & ità à Clemente Octauo vsque ad hæc tempora obseruatum fuisse. Ad eliminandam hanc prætensam possessionem, sufficerent sola verba dictæ instructionis magni Cancellarij Buschetti datæ Comiti Prouanæ, ibi - *Non si fac-*

si faccia mai forza sopra il possesso, ne si dica tanto francamente, come hanno fatto alcuni di quei, che hanno scritto, che l'uso inuecchiato, & uniforme milita a fauor nostro, perchè questo sarebbe negato, e contradetto, e non potendo noi prouare sufficientemente la nostra Propositione, e molto più soccombendo all'oppositione contraria, perderessimo notabilmente.

Nec probatur ex litteris placitorijs expeditis ab Agente Card. Cintij Aldobrandini.

Sed descendamus ad particularia, asseritur sub Clemente Octauo Franciscum de Sancto Georgeo ex Comitibus Blandratæ fuisse prouisum præuia Ducis intentione, & consensu, vt ex litteris placitorijs captis anno 1594., sed (vltra quod non ille, sed Cinthius Aldobrandinus Diaconus Cardinalis S. Georgei Nepos ex sorore Clementis VIII. fuit anno 1594. prouisus de Abbatia de Ripalta *Sum. Num. 34. litt. A.*) iam supra animaduersum est ex literis Placitorijs, quas capiunt Agentes, non solùm sine approbatione Sedis Apostolicæ, sed etiam sine mandatis suorum Principalium non inferri ad ius consentiendi; Et inuerisimile est, quod dictus Pontifex, qui in statu Cardinalitio consuluerat Sixtum V., quod Prædecessorum Indulta tanquàm personalia expirassent, vt in literis relatis per Bernardinum Baldonum *Sum. Num.* 44. voluerit anno 1594., & sic ante concessionem sui Indulti 19. Iunij 1595. expediti, intentionem, & consensum Ducis admittere, quando etiam post concessam Indultorum confirmationem noluit admittere, vt *in Summar. Num. 5. & seqq.*

Nec ex illis quas post litteras Apostolicas expeditas petijt Procurator Card. S. Georgij.

Eadem recurrit responsio, quoad litteras Placitorias captas 11. Maij 1601. sine vllo mandato Procuræ ab Agente Francisci Cardinalis S. Georgei prouisi de Abbatia Caramaniæ; Cùm enim ille fuerit prouisus *13. kal. Maij Anno IX.*, hoc est de mense Aprilis 1600. *dicto Sum. Num. 34. litt. B.*, hinc est, quod litteræ Placitoriæ expeditæ de Maio 1601. non possunt importare Ducis consensum, qui ad formam Indultorum debet præcedere non subsequi; sed tantùm præseferunt Ducis licentiam pro acquisitione temporalis possessionis, quod non est præsentis inspectionis. Idque etiam clarissimè apparet ex tenore instantiæ ab eius Agente factæ pro habendis litteris Placitorijs; Ibi enim prætermissa qualibet intentionis, & consensus mentione, exponit, Cardinalem fuisse à Summo Pontifice de Abbatia prouisum, & prouisione Apostolica iàm expedita, supplicat pro litteris Placitorijs, *per poter godere della gratia fattagli da Sua Beatitudine*, *Sum. Num. 45.*

Epistolæ scriptæ à Card. de Bubalo loquuntur de Abbatijs Iurispatronatus.

Iure merito Cardinalis Bandinus mediantibus Officijs Innocentij de Bubalo, petijt, & obtinuit consensum pro renuntiatione Abbatiæ


BIBLIOTECA NAZ. ROMA

batiæ de Villarè, & prò imponenda Pensione super illa de Casanoua; Vtraque enim est de Iure patronatus Serenissimi Ducis vti Marchionis Salutiarum, & ideò tam prò renunciatione, quam prò pensione imponenda erat necessarius Patroni Consensus. Hinc in litteris Apostolicis posteà expeditis sub Datum Romæ apud S. Petrū Nonis Ianuarij anno vndecimo *Sum.n.46.* fuit hæc Clausula apposita - *expresso ad præmissa omnia deuoti vestri Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis, qui etiam Marchio Salutiarum existit, & de cuius Iurispatronatus ambo Monasteria ratione dicti Marchionatus vt prefertur existunt accedente Consensu* -- Id quod magis conuincitur ex assensu petito pro grauanda Abbatia Pensione scutorum mille auri, cum in ijs quæ non sunt de Iure patronatus Summi Pontifices ad libitum Pensiones imponere consueuerint: Sic Clemens VIII. grauauit Abbatiam de Caramania sc. 500. prò Cardinali Beuilacqua; Vrbanus VIII. eam quam contulit Nepoti alijs sc. 500 pro Cardinali Verospio, & Sanctiss. D. Noster eas quas contulit R.P.D. Thomato, & R.P.D. Ferrerio pensionibus ad sui libitum grauauit, & personis sibi bene visis distribuit.

Litteræ Card. Burghesij nec sunt integræ nec concludunt intentionem partis.

Epistola Cardinalis Burghesij, quæ datur in dissertatione contraria *num.* 188. est mutilata: Illam quam nos integrè exhibemus *Summ.num.37.* duas continet partes. In prima d. D. Cardinalis Duci significat Summi Pontificis deliberationem, quod prò Episcopatu Salutiarum plures commendarentur personæ, & in hac parte absque dubio excluditur obseruantia Indultorum. In secunda agit gratias de Officijs ab Oratore interpositis pro Abbatia de Caramania; Sed licet verum sit, quod Dux illum nominasset, attamen supposuit Abbatiam esse de Iure patronatus, & Cardinalis neque acceptauit, neque reiecit nominationem, cum id pendere deberet à probationibus super patronatu adducendis *Summ. d.num. 9.* Cumque postmodum scripsisset Nuncio, ex Collatione in eius personam nullum illatum fuisse Sedi Apostolicæ præiudicium *d. num. 9.* deducitur non ex nominatione Ducis, sed liberè fuisse de Abbatia prouisum, vt etiam apparet ex Collatione *d.num.34. litt.G.*

Enuntiatiua emissa à Procuratore dicti Cardinalis nō nocet Sedi Apostolicæ.

Minus nocere potest Iuribus Sedis Apostolicæ enunciatiua emissa à Procuratore d. Cardinalis in memoriali Porrecto Duci prò habendis litteris Placitorijs, enunciando fuisse prouisum præuià Ducis nominatione. Doceri enim deberet, aut de speciali mandato Procuræ, aut saltem quod id fecerit cum scientia, & patientia Pontificis, suorumque Ministrorum, sine quibus circumstantijs esset contra omnia Iuris principia velle præiudicare

Sedis

Digitized by Google

Sedis Apostolicæ Iuribus ex simplici enunciatiua emissa Taurini ab Agente Cardinalis, & infortioribus terminis firmat *Francesc. var. resol. quæst. 16. num. 59. 66. & seqq. & sub n.* 80. non sufficere quod Testes dicant vidisse Regis Consensum, & præuio d. Consensu fuisse aliquem prouisum, nisi vlterius dicant talem Consensum fuisse Summo Pontifici narratum, & ab illo admissum, & Collationes aliter factas fuisse annullatas exẽplo præsentationis de qua non sufficit docere nisi vlterius probetur effectuata, vt prosequitur idem *Francesf. d. quæst.* 16. *num.* 65.

Litteræ Cardinalis Camporæ sub Vrbano VIII. scriptæ prætermissa qualibet intentionis, & Consensus mentione vrbanitatis, & conuenientiæ verba continent, nec id fortasse nouum, vt Cardinalis Alienigena, qui in Ditione Itali Principis obtinet Abbatiam, & eam Nepoti resignare cupiat, sensum Principis prius explorare curet ad euitandas eas molestias quas de facto pati solent ij, qui sunt de aliena Ditione, & semper reincidit responsio, quod factum priuati Sedi Apostolicæ nocere non potest. Litteræ Card. Camporæ vrbanitatis, & conuenientiæ.

Quod autem Cardinalis Antonius fuerit prouisus præuio Ducis Victorij Amadei consensu in facto non subsistit, vt supra demonstratum est, in §. *anno* 1631. nec talis consensus elici potest ex litteris placitorijs anno 1633. expeditis. Cùm enim d. Cardinalis prouisus fuisset anno 1631. vtique litteræ Placitoriæ post biennium obtentæ, nullatenus denotare possunt præuiam Ducis intentionem, & Consensum: præcipuè cum Agens qui eas impetrauit sufficienti mandato Procuræ careret. Litteræ placitoriæ post biẽnium captæ ab Agente Cardinalis Antonij.

Prouisio facta ab Innocentio X. de Abbatia S. Mariæ intra Montes personæ ergà quam Sabaudiæ Minister sui Principis intentionem significauerat, non obstante quod iàm esset destinata Cardinali Pamphilio (quatenus etiam in facto id subsisteret) ad effectum de quo agitur, nihil releuat; Illud enim Monasterium situm est in Diœcesi Gebennen. & Oppidum *Entremont* in Sabaudia situm, non longè distat à lacu Annesiaco. Abbatia *d. Entremont.* in Sabaudia.

Exitus quem habuit sub Alexandro VII. quèstio intentionis, & Consensus fuit supra relatus §. *in quatuor primis, & seqq.* Contra huiusmodi factum deducuntur primo literæ cuiusdam Religiosi viri ad ostendendum frustrà tentatum fuisse à Nuncio Roberto rem hanc, temperamento componere, sed si in illis apposita fuisset dies cum mense, & anno, illicò appareret conscriptas fuisse longe post terminatam consensus Controuersiam, & occasione nouæ quæstionis super litteris Placitorijs, seu super Litteræ religiosi viri sine die, anno, & nomine non percutiunt consensus quæstionem.

D exe-

exequatur anno 1663. excitatæ; In principio enim anni 1662. (vt dictum est) fuerunt à Sede Apostolica Cardinales Chisius, & Bichius prouisi, & mense Februarij eiusdem anni possessionem cæperunt. De Iulio 1663. & sic post menses 18. a capta possessione Officiales Cameræ Computorum requisiuerunt Agentes Cardinalium, vt sumerent litteras Placitorias iuxta solitum aliorum, etiam si speciali mandato Procuræ carerent sub comminatione sequestrandæ possessionis: Cardinales è contrà paratos se exhibuere potius ad dimittendum in manibus Summi Pontificis Abbatias, quàm hoc infligere vulnus libertati Ecclesiasticæ *Summario num.*19. & Summus Pontifex minatus est contra Ministros laicos Censuras, nisi promptè sequestra remouerent *dicto num.*22. super hac noua controuersia Litterarum Placitoriarum, nil commune habente cum illa consensus iam pridem terminata, scripsit Religiosus ille (quem nos suspicamur fuisse Patrem Granerium è Societate Iesu, & de mense Augusti 1663., aut circiter, eas litteras scripsisse Cardinali Sfortiæ Pallauicino) & licèt asserat, temperamenta tunc proposita non placuisse; Attamen opera Marchionis Planitiarum remansit etiam hæc controuersia extincta, cum remotione sequestrorum, absque eo, quod Cardinalium Agentes sumerent prætensas litteras Placitorias *Summario num.*23.

Epistola Card. Chisij exaduerso exhibita est apocrifa.

Rursus supponitur, bo: mem. Cardinalem Chisium egisse Serenissimo Duci gratias pro Abbatia Sancti Ianuarij ad eiusdem instantiam sibi collata, & pro dispositione, quam Celsitudo sua habuerat respectu Abbatiarum de Caramania, & de Sylua; sed hæc Epistola (quæ pariter sine die, mense, & anno adducitur) est apocripha; Nunquam Cardinalis Chisius quid tale scripsit, nec verum est, quod ei fuerit vnquam destinata Abbatia Sancti Ianuarij, vt ibidem erroneè supponitur: Veræ autem litteræ, quas ea occasione scripsit præfatus Cardinalis, dantur *Summario num.*47., earumque lectura ostendit, non ex præuio Ducis consensu; sed ex sola Summi Pontificis benignitate, tàm ipsum, quam Cardinalem Bichium prouisos fuisse.

Datur certa Epistola Card. Chisij.

Demùm asseritur, quod eo casu voluerit Serenissimus Dux iuri suo cedere ex complacentia erga Domum Pontificiam, & ad probationem assumpti deducitur, quod ex post idem Alexander VII. prouiderit R.P.D. Lascaris de Monasterio Sancti Pontij, præcedentibus Ducis intentione, & consensu, illudque duabus pensionibus grauauerit pro Personis à Celsitudine sua propositis; sed hæc facti relatio est in pluribus erroneà, & primo

R.P.D. Lascaris prouisus anno 1658. de Abbatia S. Pontij prius grauata quatuor *prætensis* Pensionibus

Digitized by Google

mo in tempore; Etenim R. P. D. Lascaris prouisus fuit anno 1658. *Summario num.* 48., & non post terminatam consensus controuersiam, quæ anno 1662. finem habuit: Vnde ex hac prouisione ante quadriennium sequuta, nullo modo probatum remanet Partis aduersæ assumptum. Secundo est erronea in circumstantijs Pensionum, quæ in eodem actu ad Ducis requisitionem dicuntur impositæ; Veritas autem est, quod quando fuit prouisus R P.D. Lascaris, Monasterium iam reperiebatur grauatum quatuor antiquis Pensionibus, quarum validitatem ipse approbare recusans, in supplicatione expressit, quod Monasterij fructus reperiebantur grauati quatuor pensionibus annuis, *quæ certis Personis Ecclesiasticis Apostolica authoritate reseruatæ, seù translatæ prætenduntur, dicto num.* 45. Ex huiusmodi autem suppositorum in subsistentia facile arguere possumus, quod nullus præcesserit Ducis consensus in dicta prouisione anno 1658. facta; præcipuè quia, cùm R.P.D. Lascaris esset Summi Pontificis familiaris, & postmodùm ab eo euectus ad Prolegationem Auenionensem, verisimilius est, quod ex sola Summi Pontificis beneuolentia fuerit de dicta Abbatia prouisus, & non ex præuio Ducis consensu, de quo nullum extat documentum.

A collatione Abbatiæ de Sixt Gebennen Diœcesis facta per Clementem X. Abbati Caguolo præuia Ducis intentione, sumi non potest argumentum pro Abbatiis Pedemontis; Illa enim sita est in Sabaudia, & occasione illius, Serenissimi moderni Ducis Genitor Nuncio dixit: quod non se opponeret sensibus Romanæ Curiæ quoad Abbatias Pedemontis - *ma che non gli si tocchi la Sauoia* - *d.num.* 33. — Abbatia de Sixt in Sabaudia.

Ex Abbatijs, quæ dicuntur prouisæ sub Innocentio XI., aliæ sunt de Iurepatronatus Serenissimæ Domus, vt sunt *Casenouæ*, & *Altacombæ*: Aliæ sunt in *Sabaudia*, vt *Sanctæ Mariæ de Abbundantia*, *Sanctæ Mariæ de Alpibus*, & *de Sixt*: Vnde nihil refert, quod præcesserit Ducis consensus. Reliquæ verò semper liberè prouisæ fuerunt, absque vlla relatione ad consensum Ducis, aut illius priuilegia *Summario num.* 24. & *seqq. vsque ad* 31. — Abbatiæ sub Innocentio XI. prouisæ, aut de Iurepatronatus, aut in Sabaudia.

Septimo obijcitur, Quod Reges Christianissimi in Comitatu Bressiæ, & finitimis Regionibus, non alio Iure nominent, quàm vigore Indulti Nicolai V., & ex Iure per Sabaudos Principes sibi cesso in Tractatu Pacis anni 1601. quodq; non alia ratione nominauerint ad Abbatiam Pineroli, sed quod attinet ad Bressiam parùm refert; an, & quo iure ibi Rex Christianissimus — Bressia est Sabaudiæ Prouincia.

Digitized by Google

nominet? Cùm enim Regiones illæ vltrà Rhodanum consistant, & ad Sabaudiam Vltramontanam pertineant, intentio, seu consensus in illis admissus trahi non potest in argumentum pro Regione Pedemontana.

Abbatia Pinaroli libere collata ab Alexandro VII.

Abbatiam verò Sanctæ Mariæ de Pinerolo fuisse semper præuio Regis Christianissimi consensu prouisam, in facto non subsistit: quando Arx illa in potestatem Ludouici XIII. deuenit, in dicti Monasterij possessione reperiebatur Franciscus d'Agliè Vir Nobilis Pedemontanus, qui cum nouis Ministris gratus non esset, in manibus Summi Pontificis statim Abbatiam dimisit: Regis Consilium Iuris nominandi prætensionem excitauit; sed nominationem Vrbanus Octauus, & Innocentius Decimus constanti animo reiecerunt; Quamobrem spatio 25. annorum Abbatia vacauit: Agnita tandem rei veritate, Cardinalis Mazzarinus scripsit--*Che Sua Maestà lascia libera la detta Collazione à Sua Beatitudine*-Vndè Alexander Crescentius, tunc Bituntinus Episcopus & Nuncius Apostolicus, postmodum verò Cardinalis, respiciens collapsam Ecclesiasticam Disciplinam ob tàm lõgæuam Abbatiæ vacationem anno 1656. supplicauit Summo Pontifici pro illius collatione ad fauorem Comitis Michaelis Angeli Broliæ, interpositis etiam Officijs bo. mem. Cardinalis Spadæ eiusdem Comitis Affinis: *Summ. Num.* 49. Non placuit à principio Summo Pontifici Persona à Nuncio proposita, fuitque ei iniunctum - *di far riflessione ad altri soggetti* - sed respondente Nuncio, neminem in ijs temporum circumstantijs inueniri aptiorem, & medio iuramento in alia Epistola id confirmante *Summ. Numer.* 50. *&* 51. Comes præfatus à Summo Pontifice Abbatiam obtinuit, vti de libera collatione Sedis Apostolicæ *dicto num.* 51. & iureiurando promisit-*di non far dichiaratione, ò atto alcuno ad instanza di chi si sia, quale in qualunque modo sia, ò possa essere ripugnante alla libertà della Prouisione Apostolica - Summ. Num.* 52. Hoc modo diù Abbatiam ille possedit, quam anno 1678 Josepho Hiacyntho Broliæ resignauit *dicto num.* 34. *lit. M. M.* nullo paritèr interueniente Regis Christianissimi consensu.

Nationis Sabaudiæ appellatione nullo modo contineri potest natio Pedemontana.

Octauò. Obiicitur, quod sub appellatione Ducis, Nationisque Sabaudiæ comprehendantur etiam Pedemontani, qui ex communi vsu loquendi appellantur Sabaudi, & eorum Ecclesia in Vrbe -- *de Sauoiardi* -- appellatur, quia nec iste communis vsus loquendi probatur, nec probatus releuaret ad interpretandas Constitutiones Pontificias, quæ proprio, & particulari

vo-

vocabulo Ducem Sabaudiæ à Principe Pedemontano, & vnam ab altera Natione, & Regione distinxerunt Gregorius XIII. *Constit.6.§.2.& 3.Constit.7.* §.1.& Clemens VIII.*Constit.102. num.6.* earumque Ecclesiam in Vrbe Sanctæ Syndonis *Sabaudiæ,& Pedemontanæ Nationis vocauit* Alexãder VII.in Breui Beatificationis Francisci de Sales 28. *Decembris* 1661. in actis collectis *per Dominicum Cappellium fol.* 17. & 19. & ipsemet *Cappellius fol. 22.* §. *Quoniam*, & inter Constitutiones eiusdem Pontificis *la* 118. §.4. *in fine*; Ideòque dum agitur de interpretatione Indulti Pontificii, illa potiùs venit desumenda ex solito Pontificum, quàm aliorum *Rota coràm Royas decis.286.nu.5. & in recent. decis.* 316.*num.* 7. *part.9.*

Et profectò, licèt ambæ Prouinciæ sub vno, eodemq; Principe sint; nihilominùs diuersos Iudices,& Senatus habent, nec vna iudicatur legibus alterius sed æquè principaliter vnitæ dicuntur ex pluribus relatis per *Ioan. Antonium ab Ecclesia in obseru. Senat.Pedemont.2.n.2.& seqq.* Senatus Pedemontanus nullam habet Iurisdictionem contra existentes sub Senatu Sabaudiæ, *Idem ab Ecclesia obseru.177.n.17.in fine*;& è conuerso Arresta Senatus Sabaudię nullam habent vim in Regione Pedemontana, ea reddita ratione quià consideratur tanquàm diuersæ Ditionis, licèt sub Dominio eiusdem Principis existant *Idem Ab Ecclesia in obseru.* 178.*n.*5.& 6.& *in 2.parte de appellat.obseru.* 21.*n.*11.& testatur *Faber.in C.lib.7.tit.20.defin.2.per tot. & in gloss.n.2.& 5.* adeoq; considerantur dictæ Prouinciæ,& nationes inter se distinctæ, & separatæ, vt neq; ipse met Dux valeat Ius dicere in vno Territorio de rebus, ac Personis alterius Territorij, vt in specie de Duce Sabaudiæ *Curtius Iun.in l.fin. de Iurisd.omnium Iudicum*,& ibi *Cagnol.n.32.Sola ad Constit.Sabaudiæ in Titul.de Edict. Annon.glos.7.n.2. & 3.*

Nec restringendo Indultum intrà Ditionis Sabaudiæ limites, esset illud reddere elusorium, cùm Sabaudia propriè sumpta intrà pauca oppida coarctetur; quià Sabaudiæ Dominia non restringuntur ad eam Regionem tantùm, quæ propriè *la Sauoye* nuncupatur; sed illius sex sunt partes, nempè Sabaudia propria, Geneuensis, Mauriana, Tarentasia, Fossiniacus, & Caballicus tractus: *Baudran in Lexicon Geographico verbo Sabaudia, Mallet. description.de l'Europe to. 5. cap.* 17. *de la Sauoye fol. mihi* 124. *vers. On diuise Petrus d'Auity Description generale d'Europe to.2.fol.274.* Intrà quas Regiones verificatum Indultum, non potest dici intrà pauca Oppida coarctatum, cum iuxtà præsentem rerum statum,& si Sabaudæ Prouinciæ sint diminutæ aut

per-

Digitized by Google

permutationibus, aùt vicinorum occupationibus, at tamen habent in circuitu milliaria 300. *Franc. Aug. ab Ecclesia in Corona Regal. Sabaud. p. 1. fol. 3.*

Respondetur ad argumentum ab identitate rationis petitum.

Tandèm non stringit argumentum, quod fit super identitate rationis militantis tàm respectu Sabaudiæ, quàm Pedemontis, aliarumque Regionum; Tùm quia in hac materia non debet fieri extensio de loco ad locum, siuè ex identitate rationis *Royas decis. 279. num. 17.*; *apud Dianam Oper. moral. tom. 8. decis. 9. §. Nec demùm, & in recent. decis. 65. num. 2., & 3. par. 15. & decis. 134. num. 3 part. 18.*; siue ex maioritate *Caputaq. decis. 85. num. 2. part 2, Duran. decis. 154. num 10, & 24.* Tùm quia ratio euitandi status perniciem in Indultis expressa, magis adaptatur Sabaudiæ, quam Pedemontio; Illa enìm extrà Italiæ fines, & vltrà Montes consistens, vicinitatem habet cum nationibus inter Bella natis, & educatis, & præsertim cum Eluetijs, cum quibus Sabaudi in perniciem Status fœdera inire solebant, adeoque plurimum Ducum intererat, quod inibi præessent Personæ Statui non suspectæ: Et ex hac identifica ratione Clemens VII. concedens Indultum Carolo Sabaudiæ Duci, & eius Primogenito dumtaxat, nominandi ad Ecclesias, illud restrinxit tantùm ad Gebennen., & Lausanen. in confinijs Status existen. vt ex Breui, quod inter alia refertur per extensum in calce *consultationis Præsidis Fauzonij* exaduerso distributæ; Vnde apparet, quod ratio euitandi Status dispendium non est generalis, itaùt, vltrà terminos in Indultis designatos extendi debeat concessio.

Atque ex his credimus, Iura Sanctæ Sedis esse in tuto, absque necessitate assumendi inspectionem: An verba *intentionis*, & *consensus* quibus vtitur Indultum Nicolai V. importent nec ne Ius nominandi; si enim illud locum non habet in Regione Pedemontana, labor esset inutilis, vim, & efficaciam eorum verborum modo interprætari; sed reseruanda venit huiusmodi inspectio, quando opus fuerit assumere hunc Articulum respectu Abbatiarum Sabaudiæ.

Quarè &c.

Siluius de Caualerijs Præfectus Officij Vacationum Per-obitum.

Digitized by Google